



**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &  
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

**Molina, Luis de**

**Lugduni, 1622**

Expenditur progressus quem in prædestinandis reprobantisque hominibus  
nonnulli Deum habuisse configunt, num etiam præuisiu peccatorum, vel  
electio aliqua prædestinatione[m] antecesserit. Me[m]b. 7.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73915)

verbis illata, expendorus sit longè aliter ac ipsi voluntari disput. ; commodius ostendemus. Denique præter quād hæc sententia occasionem præbet hominibus despondendi animo, ne dicam desperandi, segnius operandi, obtendendi excusationes, atque sentiendi de Deo, non ut oportet in bonitate, atque ea de causa minùs hominum animos erga cretorem diligendum, ac colendum excitare videatur, certè non video quanam ratione patentissima libertas arbitrij nostri, quam experimur, quæque tam aperte in Scripturis sanctis traditur, cum diuinâ prædestinatione ita explicata cohætere valeat. Nec miror Caetanum, hanc sententiam sequutum, ingenuè in cap. 9. epistola ad Romanos, fateri, se nescire conciliare arbitrij nostri libertatem cum diuinâ prædestinatione ita intellecta, licet tam prædestinationem, quād arbitrij libertatem se firma fide tenere assueret. Hac autem omnia multò magis vim habent, si prædestination facta affirmetur per auxiliū ex se efficacia, aut per præfinitiones ad omnes actus non malos per concursum Dei ex se efficacem, ut ex se patet.

A tiam, quād utrumque essent habituri, priorem esse, quām præscientiā peccati Adami, & quorūcumque aliorum peccatorum, ut aperte docet dist. 7. q. 3. cītata. In quarto denique instanti, cogniti ruina generis humani, ait, voluisse, ut Christus (qui esto Adam non peccasset, ut purat, erat futurus) veniret in carne passus, ut sua passione & meritis efficaciter prædestinatis primam gratiam & perseuerantiam in ea vīque ad finem vitæ obtineret. Atque in eodem instanti reliquos homines, præuisi iam eorum peccatis, in quibus ad finem vīque vitæ erant perseueratur, ait ea de causa à Deo fuisse reprobato. Quare vult, nullam esse causam prædestinationis electorum præter diuinam voluntatem : reprobationis verò dari causam ex parte reprobatorum, nempe eorum peccata præuisa, propter quæ iuste reprobantur ac damnantur.

B Dixi, quod ad rem presentem attinet, Scorum quatuor instantia explicata distinguere : quoniam non negat, quin potius affirmat, singula distinguiri posse in multa alia. In primo enim quatuor alia distinguuntur. Primum, in quo Deus nouit se. Secundum, in quo nouit creaturas mente prædictas. Tertium, in quo Christum prædestinavit tamquam finem, & caput ceterorum prædestinatorum. Quartum denique, in quo ceteros prædestinavit, ut patet dist. 7. & 19. citatis. Secundum etiam ait, possit diuidi in multò plura, prout ad gloriam esse possunt multa media, quorum unum sit propter aliud tamquam ob finem : semper enim prius expetitur finis, quād id quod est ad finem. Non negabit etiam in tertio, peccatum Adami præuisum esse ante cetera peccata generis humani, que ex illo tamquam ex radice ortum habuerunt. In quarto etiam concedet prius fuisse expetita merita & passionem Christi, quād gratiam, quæ inde prædestinatis aduenient, &c.

C Alij existimant, præscientiam peccatorū in Deo, præscientiam Christi, tum aliorum hominum prædestinatione priore fuisse. Et quidem Augustinus multis in locis docere apertissime videtur, scientiam ruinæ generis humani, peccative originis, quād omnes infecit, in Deo fuisse ante prædestinationem, & reprobationem hominum : Deum verò prævidentem totum genus humanum originis peccato infectum, dignumque ea ratione interitus aeterno, ac proinde velut massam quandam perditionis propter peccatum, quo erat infecta, ex sua tantum misericordia & liberalitate, absque ullis præexistentibus meritis, aut E ratione ex parte hominum, ex aeternitate conferre voluisse, quibusdam media efficacia per Christum, quibus ad beatitudinem peruenirent, sicut eos in Christo, & per Christum merè gratis prædestinasse, ut in eis ostenderet diuitias gloriæ suæ, per modumque misericordia bonitas ipsius in eis splendet : cum reliquis verò liberè noluisse vti tali beneficiis, sed illos, nemini inferendo iniuriam, iusto iudicio voluisse relinquere in massa perditionis, nolendo conferre per Christum media efficacia, quibus ad vitam aeternam peruenirent, atque adeo voluisse eos punire, vel propter solum peccatum originis, vel propter peccata alia actualia, in quibus prævidebat eos ex hac vita discessuros, idque in commendationem iustitiae suæ vindicativa, quod est eos in eum finem reprobasse.

F Neutrū horum, ait Augustinus, fuisse ex operibus propriis eorum, qui vel prædestinantur, vel reprobandi, sed utrumque fuisse antequam quicquam boni, aut mali egissent, ut adhibito exemplo in Iacob & Esau docet Paulus ad Rom. 9. Nihilominus licet prædestination fuerit ex sola misericordia

*Scoti instantia circa prædestinationem, & reprobationis progressionem.*

*Fundamentum Scotti.*

Expenditur progressus, quem in prædestinatione, reprobandoque hominibus nonnulli Deum habuisse confingunt, num etiam præuisio peccatorum, vel electio aliqua, prædestinationem antecesserit.

D *Corus in 1. dist. 41. quæst. vñica, & in 3. d. 7. q. 3. & dist. 19. quæst. vñica, §.* In ista questione, explicatur progressum, quem Deus in prædestinatione, reprobandoque hominibus ex aeternitate habuit, constitudo varia instantia, in quibus, nostro intelligendi more, unum ante aliud voluerit, ac prævidebit. Initürque cuidam principio, quād multis etiā aliis in re, de qua disputamus familiare est. Nempe eum, qui ordinatè vult finem, & media ad finem, prius velle finem, quam media ad finem. Quod ergo ad rem presentem attinet, hoc modo fua instantia distinguit. Oblatis Deo creaturis omnibus futuris mente prædictis, in primo, ut ait, instanti quibusdam voluit beatitudinem voluntate efficaci, & inter eas Christo ut homini, in cuius honorem & gloriam ceterorum hominum beatitudinem efficiat, voluit, quem credit futurū fuisse, etiam si Adam non peccasset. Circa reliquas verò creaturas quæ ad beatitudinem non perueniunt, ait, Deum in eo instanti se negatiè habuisse. In secundo instanti ait, voluisse gratiam voluntate efficaci creaturis, quas in primo instanti ad beatitudinem elegerat. Eodemque modo ait, habuisse se negatiè in secundo instanti circa reliquias creaturas. Porro voluntatem efficacem conferendi gratiam & gloriam creaturis ira, electis prædestinationem carumdem appellat: unde ponit iam eas esse prædestinatas ante ea, quæ in reliquis instantibus Deus ordinavit, ut locis cītatis, postissimum dist. 19. patet. In tertio deinde instanti dicit, voluisse permettere peccatum Adami, &c. generi humani quæ inde sequuntur sunt, atque adeo prævidisse illa omnia esse futura. Scientia namque libera in Deo sequitur actum efficacem voluntatis diuinae, quo vult aliquid esse, aut permittere : quare quo ordine res vult voluntate efficaci, eodem, prævidet casus esse futuras. Unde vult Scottus, non solum prædestinationem Christi, sed etiam ceterorum hominum ad certam gratiam & gloriam, & præscientiā

dia Dei, qua merè gratis, nullaque existente ratione ex parte prædestinorum separare illos voluerit de massa perditionis, reprobationem tamen dicit fuisse propter peccatum originis præsum tamquam præexistens, quando agebarum de remedio & gratia per Christum donanda, qua, quotquot prædestinati sunt, fuerunt prædestinati. Dum enim statutus Deus non conferre reprobis ea media per Christum, quibus in vitam æternam peruenirent, utpote illis minimè debita, sed eos vel relinquerent in peccato originis, vel si ab eo resurgerent, permettere, vt in alia peccata incidenter, qua præuidebat sua libertate commissuros, in eisque vitam finituros, voluit eos reprobare. Quod fit, vt origo & ratio reprobationis fuerit peccatum originis, statuque naturæ corruptæ, cum proposito non conferendi ea medi per Christum, quibus à perditione omnino euaderent. Ita intelligo Augustinum, qui multis in locis hanc docet sententiam: nam et non ita accuratè explicit, quomodo intelligatur peccatum originis esse ex parte reproborum rationem & causam reprobationis. Quia ratione à multis impugnatur, obicienribus, peccatum originis, cum in Eclau per circumcisioñē, & in multis aliis reprobis per baptismum & alia media fuerit detulut, & semel remissum, redire nequiverit: nullo modo potuisse esse rationem reprobationis eorum. Augustinus tamen in eo sensu intelligere videtur fuisse causam reprobationis, quantum fuit causa, tum amittendi ius ad regnum cœlestis, tum etiā status naturæ corruptæ, nolente Deo per Christum reprobis conferre eam gratiam & auxilia, sine quibus præuidebat eos sua sponte & libertate æternum interitum incursum: cum tamē, si vellent, eisdem auxiliis, & aliis, quæ per Christum paratus erat tribuere, si quod in eis erat, facere voluissent, & interitum æternum evadere, & vitam æternam, in quam conditi erant, consequi potuissent. Hanc totam doctrinam tradit aperte Augustinus lib. 1. ad Simplicianum quæst. 2. post medium, epist. 105. ad Sixtum ferè per totam, & 157. ad Optatum, in Enchiridio, cap. 94. 98. & 99. de prædestinatione & gratia a cap. 3. Hypognost. lib. 6. & alibi sæpe, vel ipse, vel quicunque alius duorum posteriorum operum autor.

Aliqui volunt, illam Scholasticorum sententiam,  
de qua superiori membro dictum est, non ita esse  
intelligandam, quia Deus ante omnem præcien-  
tiam actionum liberi arbitrii creari, atque adeo an-  
te præcipientiam peccati originis, quodam, quos vo-  
luit, elegerit, reliquos pro sua libera voluntate rei-  
cerit, ac reprobauerit, ad sua misericordia & iusti-  
tia vindicativa offensionem, sed quod id fecerit  
post notitiam peccati, fatalem originis, dum per Chri-  
stum & in Christo (cuius incarnationis, si Adamus  
non peccasset, futura non esset) quotquot beandi  
erant de statu perditionis in sempiternam felicitatem  
perducere statuit: ita ut prædestination & repro-  
batio posterorum Adami, talis ex eternitate fuerit,  
qualis iuxta Augustini sententiam paulo ante ex-  
plicata est.

In quo in primis non cernitur illa, Deo indigna, inhumanitas, siue crudelitas, quod sine via ratione ex parte reprobatur, & culpa, que id meretur, voluerit Deus tantam hominum multitudinem reiungere & reprobare, & quasi de industria quis fuerit filii peccatorum occasiones, permisitque peccata, ut eos iustè punire posset. Cum enim originis peccatum iam tunc praesulum futurum, sufficiens fuerit causa meritaria ad iustè damnandum, excludendumque à regno coelesti totum genus humanum,

A vtique ex misericordia Dei infinita fuit, quod Christus redemptorem generi humano voluerit donare, & quod in Christo, & per Christum quosdam hominum voluerit praedestinare, ex iusto verò, at inscrutabili iudicio reliquos reprobare, non conferrendo illis per Christum auxilia, sine quibus praeuidebat non peruenituros in vitam aeternam: sed relinquendo eos in perdite, in qua, si Christus generi humano non fuisset concessus, permanissent, maximè cum multis reproborum fuerint per Christum à multis peccatis liberati, pro quibus penas aciores persoluisserint apud inferos, esto vitam aeternam non sint consequunti.

Deinde si ita explicitur ea sententia, autores illius dicere possunt, ea ratione Deum voluisse omnes homines salvos fieri, & tamen noluisse prædestinare omnes in Christo, sed quosdam dumtaxat, & alios de industria reprobare, in quibus iustitia ipsius vindicativa splenderet, quod quasi ex primaria intentione, qua (nihil interim cogitando de Christo, nondumque præviso peccato futuro) creare constitutus genus humanum in iustitia originali, que ad posteros omnes derivaretur, voluit omnes homines salvos fieri, si per ipsos, primūque parentem non stareat præuisio iam peccato, & perditio generis humani, dum in Christo & per Christum homines prædestinabat, noluit omnes salvos fieri, sed eos tantum, quos prædestinavit.

Verumtamen proculdubio dicendum est, etiam in statu natura corruptæ, per Christum velle Deū omnes homines saluos fieri, si per ipsos, dispositio- némque ipsam vniuersit, non steterit, vt quæst. 19. art. 6. oftensum est. De statu namque natura corrupta, positiōne originis peccato, loquebatur Paulus, dum 1. ad Timoth. 2. dixit, *Deum velle omnes homines saluos fieri.* De eodem etiam statu sub iurecurando af- firmat Deus Ezechielis 18. *Non esse voluntatis sua mortem impii, sed vi convertatur, & vivat.* Atque in codem statu omnes sine exceptione inuitantur a Deo ad vitam æternam. Christus præterea omnibus in redemptorem datus est, vt omnes, si per ipsos no- staret, in vitam æternam peruenient. Nec iuxta il- lam aliam explicationem, dicendum esset Deus velle omnes homines saluos fieri, sed voluisse in statu innocentia omnes homines saluos facere, si status ipse perseverasset, per primūmque parentem non stetisset.

D. Thomas 3. part. q. 1. art.; ad 4. art, predestinationem præsupponere in Deo præficiam futurorum, & idcirco sicut Deus prædestinat salutem aliquius hominis implédan per orationes aliorum, ut salutem Pauli per orationes Stephani, ita prædestinatio opus incarnationis in remedium humani peccati, quod præcognoscet futurum.

Propositio tamen illa, praesentia futorum antecedit in Deo praedestinatione, si intelligatur de omnibus vniuersum futuris, & de praescientia, quod absolute, & absque vla hypothesi sint futura, aperte est falla. Et enim Dei praescientia, quod Petrus habiturus sit gratiam & gloriam, posterior est decreto voluntatis diuinæ, quo illi statuit creare & illi conferre media, quibus præuidet ipsum ad gratiam & gloriam peruenientium: quandoquidem in Deo scientia libera cuiusque effectus posterior est actu liberu voluntatis diuinæ, quo facit, aut permettere statutum illum effectum, vel conferre media, quibus præuidet libertate arbitrii esse futurum, ut supra diximus: prædestinatione autem Petri compleatur per actum voluntatis diuinæ, quo statuit conferre Petro auxilia, & media, quibus præuidit illum.

*In statu etiā  
natura cor-  
rupta quomo-  
do Deus volle  
omnes homi-  
nes per Chris-  
tum saluos  
fieri.*

Prædestina-  
tio an præsup-  
ponat præci-  
entiam futu-  
rorum contin-  
gentium ar-  
que ad eò pes-  
catorum, ex-  
penditur.

Caietanus  
sentia.

ad gratiam, & gloriam esse peruenturum.  
Caietanus eo loco, arbitrus sermonem D. Thomæ esse de præscientia futurorum quod est eorum futurum absolute absque illa hypothesi, ut propositam evadat difficultatem, distinguit tres ordines rerum, qui præordinationi diuina per prouidentiam, aut prædestinationem subiacent. Primum esse dicit, quo res omnes per diuinam prouidentiam in fines suos naturales ordinantur. Hunc appellat ordinem naturæ. Secundum, quo res mente prædictæ insuper in finem supernaturalem gloriae per gratiam & media supernatura dirigitur: quem vocat ordinem gratia. Tertium, quo creatura aliqua ordinatur ad summam unionem, qua cum Deo esse potest, qualis est vnio hypostatica. Hunc ordinem Dei & creatura nominat, commodi ordo unius hypostatica appellari poterit.

Hos tres ordines ita dicit esse inter se affectos, vt secundus supponat primum: quippe cum prius res per diuinam prouidentiam ordinantur in suis fines naturales, quam per gratiam quedam earum ordinantur ulterius in finem supernaturalem. Quia ergo, inquit, prius Deus per suam prouidentiam creare constitut res omnes naturales, & eidem conferre media propriis finibus naturalibus accommodata, quam ordinare decerneret creaturas mente præditas ad gloriam, per gratiam & media supernatura, inde est, quod præuiderit omnia futura contingentia spectantia ad ordinem naturæ, antequam quicquam statueret & præuideret circa futura contingentia spectantia ad ordinem gratia. Qui vero ad ordinem naturæ non solum pertinent res naturales, media, operationes, & effectus earum, sed etiam defectus & peccata, tum agentium ex necessitate naturæ, ut sunt monstra, tum etiam agentium liberæ, cuiusmodi sunt ea, que in genere moris peccata dicuntur: eò quod (iuxta illud Osee 13. Perditionis Israël) ex solis nostris viribus peccare valeamus, fit, vt ante prædestinationem & ordinem gratia, præuiderit Deus peccata omnia generis humani, atque adeo, vt illa etiam præcognovit ante ordinem unionis hypostatica, qui utrumque ordinem supponit. Deus namque prius constituit ordinem naturæ: quia vero ille non pertingebat ad finem supernaturalem gloriae, addidit ordinem gratia, & qui hic non pertingebat ad summam unionem, qua cum Deo esse potest, ordinem unius hypostatica superaddidit.

Iuxta hæc ergo Caietanus ait: Propositionem D. Thomæ intelligendam esse, non de omnibus uniuersim futuri contingentibus, sed de illis, que non habent originem ex ordinibus diuina prædestinationis, seu gratia, & unionis hypostatica, ab illis tamen supponuntur, cuiusmodi sunt, futura contingentia spectantia ad ordinem naturæ, de quorum numero sunt peccata futura.

*Prædestina-*  
*tionem etiā*  
*Christi vs*  
*homini, an-*  
*tecepsit cogni-*  
*tio futuorū*  
*omnium con-*  
*tingentium*  
*ex hypothesi*  
*dumtaxat.*

Hæc nihilominus conclusio constituenda est. Ante prædestinationem tam hominum, quam Christi Domini, quatenus homo est, vt scilicet simul esset filius Dei, atque adeo, antequam Deus incarnationem decerneret, præcessit in mente diuina cognitione omnium uniuersim futurorum contingentium, non quidem, qua ea absolute esse futura nouit, sed ex hypothesi, si eum totum ordinem rerum, naturæ, gratia, & unionis hypostatica condere vellet, quem re ipsa condere statuit: non vero præcessit cognitione peccatorum, qua ea absolute, & absque illa hypothesi esse futura prænouerit. Prior pars satis confirmata est quæst. i. 4. artic. i. 3. disput. i. 4. & quatuor sequentibus, vbi ostensum est Deum ante om-

A nem actum liberum sua voluntatis, atque adeo ante omnem prædestinationem, & ante omnem scientiam liberam, partim per scientiam merè naturalē, partim per medium illam scientiam inter libera, & merè naturalem, de qua ibidem disput. i. 7. & i. 8. loquuti sumus, cognouisse futura omnia contingentia, non solum, que futura sunt in toto ordine rerum, quem condere decrevit, sed etiam quæ futura essent, tum in eo ipso, si eum quoad circumstantias, & auxilia aliqua ex infinitis modis sua omnipotencia possibilibus variasset, tum etiam in quoque ex infinitis aliis ordinibus rerum, quos condere potuit: at cognouisse uniuersum ea omnia futura contingentia, non secundum esse futurum absolute absque illa hypothesi, sed sub conditione, si hunc vel illum ordinem rerum cum his, vel illis circumstantiis condere vellet. Atque hec planè fuit omnino integra, ac plena, & qualis Deum decebat, ut sita dicam, deliberatio ex parte intellectus diuini, ante omnem actum liberum sua voluntatis, qua quicquid velle poterat, omnémque habitudinem mediiorum ad fines, & connexionem aliquorum finium inter se, eo simplicissimo intuitu, quo scipsum atque omnia in seipso naturaliter comprehendit, plenissimè & perfectissimè cognovit.

Quare, quod ad rem præsentem attinet, contemplari debemus Deum antequam quicquam liberè voluerit, intuentem infinitos ordines rerum, quos creare poterat, & quid in unoquoque etiam per liberum arbitrium creatum, esset futurum, si talen ordinem cum his, vel illis circumstantiis creare vellet, atque adeo intuentem, quid futurum esset per arbitrium Angelorum, primorūmque parentum, ex hypothesi, quod utroque in gratia, primosque parentes cum iustitia originali, ut vitam eternam propriis meritis obtinerent, in eo ordine rerum crearet, quem re ipsa creare constituit: intuentem praeterea, non solum quam habitudinem hic ordo rerum, quod ad hunc mundum uniuersum, hominēque & Angelos prædicto modo creatos, habebat, vt in eis bonitas, liberalitas, sapientia, potentia, ceteraque diuina natura perfectiones relucerent, sed etiam quam habitudinem & congruentiam habebat Christus verus Deus & homo, tum ut hominū & Angelorum esset caput, atque adeo, vt præstabilitibus bonis, quam ceteri omnes, donareret, in eiusmodi honore & gloriam cetera omnia cederent, tum etiam ut redimeret genus humanum, cuius ruinam ex eadem hypothesi futuram intuebatur, & vt in Christo, & per Christum quotquot homines forent saluandi, prædestinarentur, tum deinde, vt in generis humani redemptione, & in ceteris, que per Christum futura erant, omnia ipsa diuina attributa multò magis, quam in ceteris omnibus rebus relucerent. Hæc, inquam, omnia & infinita alia intuentem contemplari debemus Deum, antequam quicquam liberè constitueret. Cum vero habitudines finium, rerumque omnium inter se, plenissimè cognoscere, integrumque illi esset, non velle permittere ruinam generis humani, nisi per Christum felicissimè vellet ei subuenire, neque item velle incarnationem, nisi tamquam partem sui finis integri adiunctam haberet reparationem generis humani: cum etiam, non solum ante ruinam generis humani, sed etiam post illam, nulli adulterum voluerit sempiternam beatitudinem, nisi dependenter à proprio vnu liberti arbitrij cuiusque eorum, inquit neque parvulis, nisi dependenter à medio contra peccatum originis per vnum liberti arbitrij aliorum exhibito, ut ex fide constat. Denique

*Qualis deli-*  
*beratio pre-*  
*cferit mod*  
*actum liber*  
*voluntatis*  
*divina.*

Sunt inßan-  
tia esse ex-  
terminanda.  
Num præ-  
sumere abso-  
lutam peccati  
originalis at-  
trahendin-  
dum.

que cùm vnico simplicissimo actu suæ voluntatis, præuiaque plenissima deliberatione, seu cognitione circa res omnes voluerit ex æternitate quicquid voluit, sàm exterminanda omnino videntur instantia Scoti & aliorum, in quibus in statuenda incarnatione, prædestinando Christo cum cæteris beatis, aut reprobans cæteris hominibus, Deus vnum voluerit ante aliud, aut per scientiam liberam præuiderit vnum ante aliud: quæ certè instantia adeò obscuram reddunt questionem hanc, vt vix, aut ne vix quidem intelligi queat. Imò nec videtur admittenda scientia illa, qua secundum esse futurum absolutè, & absque vila hypothesi præuiderit Deus ruinam generis humani, antequam de incarnatione Christi ageret, & de prædestinando Adamo, Adamique posteris in Christo & per Christum, vt Augustinus, & multi alij docere videntur. Satis namque est cognitionis, qua eam ipsam ruinam, & omnia contingentia per scientiam naturalem & medium inter liberam & merè naturalem futura præuiderit ex hypothesi, quod eum ipsum ordinem rerū condere decerneret, neque credo aliud voluisse Augustinum. Imò vero cùm non minus verisimile sit, quod numquam Deus voluisse permissionem ruinæ generis humani, nisi simul subuenire illi per Christum decreuisset, quam verisimile sit, quod noluisse omnino incarnationem nisi coniunctam haberet reparacionem generis humani, vtique sicut ex sententia Augustini (& aliorum, qui si Adam non peccasset futuram non fuisse incarnationem affirmant) non fuit in Deo præcognitione futura incarnationis absolute, & absque vila hypothesi ante scientiam de ruina generis humani, ita neque fuit præcognitione futurae ruinæ absolute & absque vila hypothesi ante scientiam de futura incarnatione: quandoquidem, vt neutrā vel esse, vel permettere Deus voluit sine altera, ita neutrius cognitionis fuit in Deo per scientiam liberam, atque adeò secundum esse futurum absolute, & sine hypothesi, ante aliam: quoad esse vero futurum ex hypothesi, si sciœt Deus condere vellet totum ordinem rerum, quem te ipsa condere statuit, vtraqe cognitionis fuit simul ante omnem actum voluntatis diuinæ, per scientiam naturalem atque medium inter liberam & merè naturalem.

Fulalamen-  
tum Scoti  
diffinatur.

Ad fundamentum ergo illud, cui Scotus & alij in eiusmodi instantium designatione innititur, dicendum est, si velint, eum qui ordinatè, hoc est, ordine quodam vnum posse aliud, vult finem & media, prius debere velle finem, quam media, verum quidem esse: Deum tamen non ita se habere, præfertim in re de qua disputamus, sed simul velle finem ac medium. Si vero velle ordinatè idem sit, ac non præpostere, sive indecenter, respondendum est, nihil indecens & preposterum in eo certi, quod Deus, qui vno acti intellectus omnia comprehendit, vnicóque actu voluntatis vult media omnia & fines, velut simul mediū & finem, atque adeò per scientiam liberam non præcognoscet vnum eorum, ante aliud. Dicendum deinde est, eum qui vult quidem finem, non tamen simul, sed alterius, cujus illum vult tamquam præmium, & sub conditione, si ad illum per propria merita gratia tamen innixa, peruenire voluerit, non prius velle aliqui voluntate absolute præmium, quam præuideat futura, velut que eidem absolute voluntate media quibus ad finem peruenier: beatitudo autem non est finis Dei, sed est creaturarum rationalium finis, & præmium per propria merita, cooperante gratia, ex ordinatio- ne diuina obtinendum, iuxta illud Matth. 19. Si vis

A ad vitam ingredi, serua mandata, ut innumera alia Scriptura testimonia omitterem. Quare neque prius vult Deus nobis voluntate absolute finem, quam media, neque prius præuideret nos habituros finem, quam præuideat habitutos media. Exemplum habemus accommodatum in eo, qui conduceat operarium. Denarius enim diurnus non est finis patrifamilias conductoris, sed est finis, ac præmium laborum operarum conducti: cum vero paterfamilias non velit illi finem & præmium, nisi dependenter ab opera quam ille prætiturus est, non prius illi voluntate absolute vult, vel absolute videt adeptum præmium, quam videat laboraturum.

B Quoniam vero Scotus eodem fundamento vtitur ad probandum futuram non fuisse incarnationem, esto Adamus non peccasset, eò quod Christus, prædestinatioque ipsius, sit finis prædestinationis, ac bonorum non solum ceterorum hominum, imò ve- rò totius vniuersi, volitus vero, & subinde præco- gnitio finis secundum esse absolute futurum, an- ecdat in Deo volitionem & præcognitionem eorum, quæ sunt ad finem, atque adeò, esto Adamus non peccasset, futura fuisset incarnatione, & prædestinatione Christi, quæ minimè pendebat ab iis, quæ circa homines, qui ad ipsum tamquam ad finem ordinabatur, accidissent: quoniā, inquam, Scotus eodem vtitur fundamento ad hoc ita probandum, dicendum est, quando Deus ita vult finem aliquem præcipuum, vt vicissim eumdem ordinet in emolumentum mediorum, neque à Deo, nisi dependenter à commode mediorum, expetatur, vtique non prius velle finem, quam media, commodumne illud mediorum ex tali præcipuo fine profecturum, neque absolute præscire futurum præcipuum finem, antequam absolute futura media, commodumne mediorum ex tali fine præuideat: verisimile autem est quod numquam Deus vulet incarnari, nisi simul reparacionem generis humani, & prædestinationem hominū per incarnationem perficere voluerit, tamen si incarnatio, & prædestinatione Christi fuerit præstantior finis ad quem cetera à Deo ordinata sunt, quam genus humanum & prædestinatione ceterorum, in quem tamen finem vicissim, tamquam in partem sui integrī finis, incarnatione ordinata fuit.

Iuxta priorem partem conclusionis nostræ intel- Mens Diu-  
lige doctrinam D. Thomæ in responsione ad quar- Thomas ex-  
tum citara, vbi ait: Prædestinationem in Deo presup- plicatur.  
ponere scientiam omnium vniuersim futurorum con-  
tingentium, etiam eorum q[uod] originem erant habitura  
ex ordine prædestinationis & gratie, atque unionis hy-  
potatice, non tamen presupponere præscientiam, quod  
futura essent absolute, sed ex hypothesi, vt paulo ante  
explicauimus: que sola præscientia instituto' Diuini  
Thomæ inferuebat. Vt enim Deus, actu libero præ-  
destinationis, orationes insti vnius in medium salutis  
alterius ordinaret (vt de orationibus Stephani  
protomartyris comparatione Pauli Augustinus &  
alij affirman) satis erat, vt dum Stephanum & Paulum prædestinabat, per scientiam medium inter libera-  
rum & merè naturale præcognosceret, si vtrumque in eo ordine rerum & circumstantiarum crea-  
re velleret, ita quo eos collocauit, futuras inter ictus  
& crepitus lapidi orationes Stephani pro suis per-  
secutoribus, quas in medium prædestinationis &  
salutis Pauli præcipui persecutoris ordinaret, at-  
que propter quas tam magnificè eum vocare & ad-  
iuuare decerneret. Vt item incarnationem in repa-  
rationem generis humani institueret, satis erat si ex  
hypothesi, quod hunc ordinem rerum creare veleret,  
ruinam generis humani per eamdem scientiam  
præuideat.

prauideret. Denique ut cetera omnia circa tres illos ordines natura, gratia, & unionis hypothatica constitueret, mutuoque effectus vnius ordinis ad alterius ordinis effectus ordinaret, satis erat illa eadem præcognitio, vt explicatum est. Exemplum namque illud, de orationibus ab uno fusis ad prædefinitionem alterius, testatur D. Thomam intelligendum esse de præscientia, etiam futurorum contingentium, spectantium ad ordinem gratia: eas namque orationes vnius ordinat Deus, ad prædefinitionem alterius, quæ a gratia emanant, per quam Deo grata redduntur.

*Prædestina-*  
*tionem, &*  
*decretū circa*  
*ordinem gra-*  
*tia, & incar-*  
*nationem nō*  
*anteceſſit præ-*  
*uicio peccato-*  
*rum in eſe ab-*  
*fouit,*

Posterior pars conclusionis, quod prædestinationem, atque decretum diuinum circa ordinem gratia, & vniōnis hypothatica, non anteceſſerit præcognitione peccatorum, quod futura esent absoluto abſolutio vila hypothesi, manifeste probari potest primò, quoniam per ordinem gratia & diuinam prædestinationem impediunt multa peccata: quod enim majority sunt auxilia gratia, eò pauciora peccata sunt, ergo, quod hac aut illa peccata sint, aut non sunt absoluſtæ futura, & quod id Deus præuidet, ex decreto voluntatis diuinæ circa ordinem gratia, & diuinam prædestinationem dependet: non ergo ante illum constitutum præcognoscit Deus, qua peccata absoluſtæ sunt futura, sed solum ex hypothesi, si talem, vel tamē ordinem gratia vult constituere.

Secundo, præuicio peccati originis, in cuius remedium Verbum assumptum natura humana, ponit præuisionem iustitia originalis, & gratia Adami sibi, & posteris collata: etenim seculo hoc domino, non erit peccatum originis, quod nobis solum nocuit ingratius, neque magis primum peccatum Adami in nos generatione transfunderetur, quam reliqua illius, aliorumque parentum peccata, in nos transmittantur: cum ergo iustitia originalis & gratia non ad naturam, sed ad gratiam ordinem spectent, ut non omnium peccatorum præuicio antecedat in Deo ordinem gratia, præuisionemque futurorum contingentium ad eum ordinem spectantium.

Tertio, si in Adamo non præcessisset peccatum originis, quod sicut post dona omnia gratia in statu innocentie accepta, consequitur, non fuissent tot peccata, quo' iustitia originali patrata sunt, ac proinde non fuissent à Deo præuia: sed primum Adami peccatum non fuit præuisionem, antequam iustitia originalis & extera dona, quibus nihil obstantibus peccavit. Deoque fuit ingratius, essent in eo præuia: ergo neque cetera Adami, & posterorum peccata fuerunt præuia ante corundis dominorum ordinem gratia præuisionem: non ergo omnium peccatorum præuicio secundum esse futurum ab aliis præcessit in Deo constitutionem, liberam ordinem gratia, præuisionemque futurorum contingentium ad eundem ordinem spectantium.

Quarto, cum peccata esse non possint, nisi Deo permittente, peccata Adami & posterorum, non prius à Deo fierint præuia futura ab soluto, quam permittere ea decerneret: sed ea non aliter permettere constituit, quam ex eternitate statueret non conferre maiora auxilia gratia, quam te ipsa conferas ( etenim nullum est peccatum, quod multiplicatis auxiliis gratia, tandem non posuit impediri) ergo non prius ex eternitate confixit, que peccata essent solute futura, quam ordinem gratia ex eadem eternitate constitueret.

Quinto, ut supradictum est, verisimile est diuinam bonitatem permisuram non fuisse totius generis humani ruinam, nisi simul adhibere vellet fortissimum remedium per Christum: ergo non prius

A statuit permittere peccata generis humani, ac proinde neque illa præuidit absolute futura, antequam constitueret ordinem vniōnis hypothatica, præuideritque incarnationem futuram.

Sexto, in iis quæ ira sunt affecta, vt vnum sit proper aliud tamquam ob finem, si quid Deus prius voluit, aut cognoscit, absolute futurum, potius est finis, quam id quod ad finem ordinatur: sed gloria est finis gratiae, gloria & gratia sunt finis naturæ, & non è contrario: Deus namque hominem propter gratiam & gloriam, reliquias vero res corporeas propter hominem condidit: ergo si inter futura contingunt, quæ ad ordinem naturæ & gratiae pertinent, aliqua Deus prius voluit, att cognovit absolute futura, certè ea potius sunt futura contingentia ad ordinem gratia & prædestinationis spectantia, quam quæ ad ordinem naturæ pertinent. Argumentum hoc tum secundum se vires habet, tum maximè aduersus Caetanum, Scotum, & alios, qui ea argumentandi forma in re, de qua disputamus, virtutem.

Id etiam, quod Caetanus eodem in loco affirmare viderit, ab ordine scilicet vniōnis hypothatica, atque adeo à decreto voluntatis diuinæ de exhibenda incarnatione, supponi in mente diuinam ordinem naturæ & ordinem gratiae, cognitionemque futurorum contingentium vtriusque ordinis in mente diuinæ priorem esse cognitione futura incarnationis, videtur aperte esse in fide periculofum.

Etenim cum prius ( aut certè non posterius ) sit, Deum constituere, vt Christus, quæ homo, sit per incarnationem, quam Christum esse prædestinationem ad tantam, vel tantam gloriam, utique si ordo gratiae & prædestinationis aliorum hominum antecederet in mente diuinæ ordinem incarnationis, Christus non fuisset primus prædestinatorum, sed omnes alii prædestinari esent ante illum, atque adeo prædestinati non fuissent in illo, & per illum, hoc est, ex meritis illies, quod pugnat aperte cum sacris Scripturis. Ad Ephes. namque 1. ait Paulus: *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu eius in caritate: Qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum.*

Non solum autem in Christo, & per Christum, id est, ex meritis illius, nos prædestinavit, sed etiam ad imaginem & similitudinem illius tamquam capitio, atque exemplaris prædestinatorum, iuxta illud ad Roman. cap. 8. *Quos preseverat, & prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui ut si ipse primogenitus in multis fratribus.*

Confirmari idem potest, quoniam omnes ex eternitate prædestinati sumus in laudem & honorem Christi capitis nostri, & per gratiam, & merita illius: ut enim D. Thomas in argumento, sed contra recte in hoc articulo docet,

F per quæ media ad beatitudinem peruenimus, per eadem ex eternitate à Deo prædestinati sumus, & ad illam perueniamus, cursumque noster in beatitudinem non est aliud, quam effectus exercitioque eternæ prædestinationis: nullus vero post Adam peccatum ad beatitudinem, immo neque ad gratiam peruenit, nisi ex meritis Christi, atque vt id in laudem & honorem illius cederet, iuxta illud ad Hebr. 2.

*Decebat eum, proper quam omnia, & per quam omnia, qui malos filios in gloriam adduxerat, autorem salutis eorum, per passionem consummari: cum ergo ex eternitate minime potuerimus in laudem & honorem Christi, per meritaque illius prædestinari, nisi vel prius, vel certè simul incarnatione constitueretur, sit,*

*vt ordo gratiae & prædestinationis, cognitioneque futurorum contingentium ciudem ordinis, præcedere*

*Impugnat*  
*Caetanum.*

*Christus Di-*  
*minus prius*  
*finatur*  
*primus.*

dere non potuerit in mente diuina ordinem, & decretum unionis hypostatica, cognitionem Christi venturi.

*Prædestinatio  
m. & reprobatio  
huius m. &  
cum voluntate  
est extrahend  
ritur quia  
est in Deo  
se confide  
randa.*

Ex his omnibus patet, meditandum esse Deum optimum maximum, ante omnem actum liberum sua voluntatis, capillissima deliberatione, de qua dictum est, prævidenter ex hypothesi quod, seculo Chisto, eos Angelos & homines, ut in beatitudinem pro ipsorum libertate peruenient, in eo auxiliorum, ac rerum ordine collocare vellent, in quo eos creauit, futuram ruinam quorundam Angelorum, ac totius generis humani, prævidenter item, ex sua infinita misericordia & bonitate posse donare Christum, cui, ut homini, gratiam unionis longè maiora bona, quam cæteris rebus simul sumptis, conferret, quem hominum atque Angelorum caput, rerumque omnium Dominum constitueret, in quo totum uniuersum nobilitaretur, per quem genus humanum redimeretur, atque à quo dona omnia, quibus genus humanum salutem consequeretur, deriuarentur, &c. Tunc verò unico simplicissimo actu sua voluntatis, ita elegit simul totum cum ordinis, qui speciales naturæ, gratia, & unionis hypostatica ordinis complectitur, & à constitutione mundi ad finem usque saeculi futurus est, ut in eo admirabiliter sapientia, natura, gratia, atque unionis hypostatica ordines, inter se mihi quodam modo intixeret, corimque nolens effectus in se mutuò ordinaret. At ita, propter plenissimam deliberationem, cognitionem, qua futura omnia ex hypothesi prævidebat, meditandus est elegit simul totum ordinem illū, partisque illius intexuisse, ut ex prævisione lapsus generis humani, tamquam ex conditione sine qua non ita fieret, ortum habuerit, ut (quo ad homines attinet) diuersum ordinem gratia, ex unione hypostatica, & Christo resultantem, loco eius ordinis gratia, qui si Adā non peccasset, fuisset futurus, intueretur, & cū reliquis ordinibus cōplicauerit. D

Quare imprimis meditandus est, non facte, sed ex animo (qua ipsius est veritas, & bonitas) eo ipso actu, quo totum ordinem, qui à principio mundi usque ad consummationem saeculi futurus est, elegit, propulsisse condere Angelos, & homines in statu innocentiae (Christo interim seculo) ut proprio arbitrio, per gratiam illius status abundans simile admittat, in beatitudinem peruenient, eamque ex animo veraci, si per ipsos nō obstat, omnibus promiscue conferre voluisse. Porro electio ordinis illius, quoad decus Angelorum & hominum in statu innocentiae, & quoad ordinem gratia illius status, licet fuerit prædestinatione quoad eos Angelos, quos in ordine per talia auxilia pro ipsorum arbitrio peruenient in vitam æternam præuidebat, quoad homines tamen & eos Angelos, quos profecte etiam arbitrio & culpa præuidebat ad eam ex illo statu non peruenturos, solum habuit rationem prouidentie circa beatitudinem, coniunctam habentis voluntatem permittendi peccata, proper, quia præuidebat eos ad eam non peruenturos. Ratione verò peccatorum, qua ita in Angelis præudit futura, quoniam non statuebat eorum lapsum reparare, habuit yltius adiunctionem voluntatem eos excludendi à regno colesti, atque plectendi cruciariis eternis, per quam ratio reprobationis illorum fuit completa.

Meditandus est deinde Deus, illo eodem actu, quo totum ordinem, qui à principio usque ad finem saeculi futurus est elegit, quo ad voluntatem donandi Christum redemptorem, atque ordinem gratia, qui per Christum (loco eius, quem Adamus amissit) successit, voluisse etiam ex animo promiscue omnes

*Molina in D. Thom.*

A homines, iam in Adamo lapsos: in vitam æternam perducere, gratumque illi esse, tum ut singuli salutem suam diligenter eurent, ad vitamque æternam perueniant, tum etiam ut à cæteris ad eum finem diligenter adiuverint, iuxta illud i. Thess. cap. 4. *Voluntas Dei sanctificatio vestra*, & illud i. ad Timotheum 2. Vbi, cùm Paulus iussisset fieri orationes pro omnibus hominibus, addidit: *Hoc enim bonum est, & acceptum coram Saluatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri:* ( ut multa alia Scriptura loca prætermittamus.) At ita voluisse omnes homines iam lapsos saluos fieri, ut propter rationes, quas

B quæst. 22. art. 1. & alibi reddidimus, in pœnamque peccati, voluerit id, nō solum dependenter ab arbitrio cuiusque adulorum, sed etiā cum longè majori eorum difficultate & periculo, quoad eos verò qui ad vitam rationis non perueniunt, dependenter à causis naturalibus, curliisque uniuersi, & ab arbitrio aliorum, qui eis remedium contra originis peccatum applicarent: denique quoad utroque magna ex parte dependenter à conatu Ecclesiæ, parentum, curliisque uniuersi, quoad cæteras causas liberas, in quarum potestate firmum est docere, & informare alios de iis, quæ ad salutem sunt necessaria, verbōque & exemplo ad eum finem permuovere, vel desides ea in parte esse, aut etiam eos peruertere, occasionemque ruinæ illis praebere.

C Porro electio ordinis illius, quoad voluntatem donandi Christum, & ordinem gratia, qua in statu naturæ corruptæ hominibus confertur, simul fuit, tum electio & prædestinatione Christi, quatenus hominis, ut per unionem hypostaticam simul esset filius Dei, primus prædestinatur ad gloriam, caput hominum atque Angelorum, uniuersorumque Dominus, in cuius honorem & gloriæ cuncta creatura redundant, tum etiam electio in Christo, & per Christum moralium omnium, qui meritis & gratia ipsius in vitam æternam peruenient. Et enim voluntas donandi Christum hominibus lapsis, & per Christum totum ordinem gratia, qui post lapsum primorum parentum à principio mundi usque ad consummationem saeculi in diuersis Ecclesiæ militaris statibus multipliciter fluet, quique multo vberiorē habet effectū, si per homines ipsos non flaret, rationē habuit diuina prouidentia circa beatitudinem cōparatione mortalium omnium, qua per Christum, & in Christo omnibus ad beatitudinem deinde prouisum est: comparationē verò eorum, quos Deus ea via pro libertate arbitrij ipsorum, aut applicato illis remedio cōtra originale peccatum, si ad vitam rationis nō peruenirent, peruteros præuidit in vitam æternam, fuit prædestinatione in Christo & per Christum. Quare actu illo simul cætera omnia, qua ad naturam & gratiam spectant, ordinavit in Christum tamquam in finem: & incarnationem ipsam, que Christum, licet experierit, ut ideo essent, quia in se ipsis sunt maius bonus quam cætera creatura, viceissim tamen voluit, ut forent in reparationem generis humani, tamquam in partem finis integræ, sine qua, iuxta verisimiliorē sententiam, non fors Christi incarnatione. Omnia tamen (etiam ordinem Angelorum atque hominum in statu innocentiae) tandem in se ipsum tamquam in finem retulit, atque in admirabilem suorum omnium attributorum ostensionem & commendationem, ut sepe dictum est.

E Ex his omnibus quibus iam facile intelligit, nullam fuisse, vel electionem, vel prædestinationem hominum in vitam æternam, nisi in Christo & per Christum, hoc est, ex meritis & gratia illius, ut art. a disputatione 2. & art. 3. ex parte dictum est.

*Prædestinatio  
natis Christi  
hominis  
& electio  
qualiter fa  
cta.*

*Christus  
causa præ  
destinationis  
hominum.*

D d Illud

Ilud præterea animaduertendum est, quemadmodum suprà dicebamus, electionem ordinis Angelorum atque hominum in statu innocentia, ita habuisse rationem prouidentie circa vitam aeternam comparatione hominum atque eorum Angelorum, quos Deus præuidebat ad eam proprio arbitrio & culpa non peruenturos, ut adiuncta haberet voluntatem permittingi illorum lapsum in peccata: & velutius voluntatem excludendi dämones à regno cœlesti, eosque aeternis suppliciis cruciandi, per quam ratio aeterna reprobationis illorum completa fuit: ita etiam electionem Christi, & ordinis gratia, qua per Christum in statu natura corrupta hominibus confortata habuisse rationem diuinæ prouidentiae circa vitam aeternam comparatione eorum hominum, quos Deus per illa auxiliis præidebat ad eam non peruenturos, ut adiunctam haberet, tum voluntatem permittingi lapsum eorum in peccata lethalia, qua propria, aut primi parentis libertate ac culpa fræuidelar futura, atque perseuerantiam in illis usque ad finem vite, tum etiam voluntatem excludendi illos propter eiusmodi peccata præuisa à beatitudine, per quam voluntatem ratio aeterna eorum reprobationis completa fuit.

A nent ad alios. Hac ratione membro praecedente reieccimus prioritatem, quam Caetanus introdere tentauit, qua vniuersim prius à Deo cognoscerentur absolute futura, quæ pertinent ad ordinem naturæ, quæm quæ pertinent ad ordinem gratiæ, & prius quæ pertinent ad ordinem gratiæ, quæm quæ pertinent ad ordinem vniuersitatis hypothistica.

Secundus, quando fines aliqui voliti sunt, unus  
dependenter ab alio, aut non sine alio. Vnde quia  
sicut credendum est, Deum permisurum non fuisse  
ruinam totius generis humani peccato Adami,  
nisi feliciter reparatur illud esset per Christum:  
B sic, iuxta communiorum Patrum sententiam, futura  
non fuisse incarnationem, nisi simul in reparationem  
generis humani, tamquam in partialem & adiun-  
ctum finem, esset volita: consequens est, ut admittendū  
non sit instans, in quo prius incarnatione fuisse  
erit absolute volita, aut fuerit cognita absolute futura-  
ria, quam volita & cognita fuerit absolute futura re-  
paratio generis humani per Christum, ut Scotus  
volet, sed simul utrumque fuerit voluntum: repa-  
ratio quidem in laudem & honorem Christi: Chri-  
stusque ipse atque incarnatione in reparationem ge-  
neris humani tanquam in partem finis integrum ad  
quem fuit volita, & sine quo voluntate non fuisse, at-  
que adeo fit, ut simul utrumque fuerit cognitum  
absolute futurum.

MEMBRVM VIII.

### *Appendix precedentis.*

**N**on defuere, qui arbitrati sint, me precedenti membro, hanc confecisse argumentationem: Deus unico simplicissimo actu sua voluntatis ex eternitate voluit quicquid voluit: ergo videtur omnino exterminanda instantia Scotti & aliorum, &c. quasi in ea sententia sim, in diuina volitione, proper illius simplicitatem, nullam posse distingui prioritatem & posterioritatem nostro intelligendi modo cum fundamento in re.

**Obiectio 1.** Tunc verò argumentantur, me repugnare minime ipsi, qui alibi doceo, Deum prius voluntate antecedente, seu conditionata, voluisse omnes homines falsos fieri, & posterius absoluta voluntate quibusdam voluisse beatitudinem, aliis verò damnationem.

*Obiectio 2.* Item, qui membro precedere doceo, Christum primum esse prædestinatorum, & contrarium cum Scriptura sacra pugnare: cum tamen id verum esse non possit, nisi in voluntate diuina prioritas distinguitur, qua Christum ante alios prædestinatur.

*Obiectio 3.* Quod si, inquit, in diuina voluntate necessaria concedenda est prioritas & posterioritas nostro intelligendi modo: eo quod actus ille, licet sit simplissimus, virtute tamen continet multos: sane nulla est causa cur in ea distingui non possint aliqua instantia, si non qualia ab Scoto, certe qualia ab aliis distinguantur.

In tribus quoniam in statia exclusiuntur. Si ea, quæ membro præcedente dicta sunt, recte expendantur, similque ea, quæ in antecedentibus remissimus ad eum locum, facile competerunt, in tribus tantum eventibus, qui ad rem nostram spectabant, nos reiicere ibi instantia, seu prioritates nostras intelligendi modo, in quibus unum sit volitum a Deo, aut cognitum absolute futurum, ante aliud.

*Primus* est, quando ordines aliqui ita sunt inter se complicati, vt, quanam in uno determinatè sint futura, mutuò pendent ex iis, quæ in alio aut aliis futura sunt. Quatenus enim futura in uno ordine mutuò pendent ex futuris in aliis, admittendis non sunt instantia, in quibus, quæ pertinent ad unum ordinem, volita aut cognita à Deo sint absolutè futura, antequam volita, aut cognita sint, quæ perti-

ment ad alios. Hac ratione membro praecedente recemus prioritatem, quam Caetanus introducte tentauit, qua vniuersum prius à Deo cognoscetur absolute futura, quæ pertinent ad ordinem naturæ, quæm quæ pertinent ad ordinem gratiæ, & prius quæ pertinent ad ordinem gratiæ, quæm quæ pertinent ad ordinem vniuersitatis hypothisticae.

Secundus, quando fines aliqui voliti sunt, unus  
dependenter ab alio, aut non sine alio. Vnde quia  
sicut credendum est, Deum permisssurum non fu-  
se ruinam totius generis humani peccato Adami,  
nisi facticius reparatus illud esset per Christum:  
sic iuxta communiorum Patrum sententiam, futura  
non fuisset incarnatione, nisi simul in reparationem  
generis humani, tamquam in partialem & adiun-  
ctum finem, esset volita: consequens est, ut admittan-  
tum non sit instans, in quo prius incarnatione fue-  
rit absolute volita, aut fuerit cognita absolute futu-  
ra, quam volita & cognita fuerit absolute futura re-  
paratio generis humani per Christum, ut Scotus  
volet, sed simul utrumque fuerit voluntum: repa-  
ratio quidem in laudem & honorem Christi: Chri-  
stusque ipse atque incarnatione in reparationem ge-  
neris humani tanquam in partem finis integri ad  
quem fuit volita, & fine quo volita non fuisset, at-  
que adeo fit, ut simul utrumque fuerit cognitum  
absolute futurum.

Tertius est, quando finis neque volitus, neque  
proinde cognitus est absolūtē futurus, nīsi depen-  
denter à mediis. Vnde, quia Deus non voluit homi-  
nibus beatitudinem, nīsi tamquam præmium, ad  
quod si aduliti essent, peruenirent per propria meri-  
ta, quæ gratia ipsius (& meritis Christi post Ada-  
peccatum) intererentur; sanè non prius absolute vo-  
luntate voluit Deus eis præmium, ad illudque eos  
elegit, quām videret, vellēque illis media ad il-  
lud accommodata, atque adeo quām per illa media  
eos prædestinaret. Sicut paterfamilias non prius vult  
mercenario absoluīa voluntate denarium diurnum,  
quem in præmium & finem suorum laborum illi  
proponit, quām prædictat labores & merita illius;  
eo quōd dependenter ab illis eum illi velit.

Certe nostra hac doctrina omnino cōsentit cum voluntate Dei antecedēte, qua omnibus, quos creare statuit, sempiternam suam beatitudinem voluit, in eūcūque finem verē, & non fīcte, eos creauit. Quia enim omnes ad beatitudinem creabat, creare-  
ve statuerat, sed tamquam in finem, & premium, ad quod vel propria libertate, ac meritis gratiae sua in-  
nixis, vel Christi meritis ( mediis quibusdam eis applicatis) peruenirent: omnibus sanè eo ipso voluit beatitudinem, sed voluntate conditionara, si per ip-  
sos aut primum parentem, vel, post Adami pecca-  
tum, per concursum vniuersi, aut alios, qui media applicarent, non staret. Quare cùm is, qui in pre-  
mium, & sub condicione mediorum vult finem aliqui, non priùs absolute velit illi finem, quām videat, & (quatenus ab ipso pendent) voluntate ab-  
soluta velit illi media: consequens profecto est, vt ex antecedente & conditionata voluntate, qua Deus  
omnibus voluit beatitudinem, intelligatur, nemini  
absolutè eam voluisse, ac proinde neminem ad il-  
lam absolutè elegisse, nisi per absolutam etiam me-  
diorum voluntatem, ac præuisiōnem, quād condi-  
cio impleretur, sine qua nemini beatitudinē voluit.  
Hoc autem nihil aliud sanè est, quām neminem ele-  
gisse nisi in Christo, ac per media, qua ita ex  
Christo in illum deriuari voluit, vt per ea ( co-  
operante suo arbitrio, si adulstus esset) perueniret  
in beatitudinem. Eligere verò hoc modo, idem  
omni